



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

X. De habentibus duas vicarias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

uidere volentes, ac alienationes huiusmodi edicto perpetuo prohibentes, omnino alienantes in fraudem sine superiorum assensu, & aliter quam in casibus a iure permissis, bona ecclesiarum, quarum curam gerunt, pœna Canonis puniantur.

X.

Presbyteris duas communicaturas recipere prohibemus omnino: cum impossibile sit quod sufficienter possit ecclesiis seruire duabus: & qui contra fecerit, prima vicaria ipso facto, & de secunda, quamdiu primam retinuerit, prouentibus sit priuatus, quos in vtilitatem ipsius ecclesiæ decernimus per ordinarium conuertendos.

XI.

Præsenti perpetuo prohibemus edicto, ne de cetero archiepiscopi, episcopi, abbates & abbatissæ, seu alii ecclesiarum prælati, ad quos parochialium ecclesiarum collatio, seu præsentatio pertinet, parochiales ecclesias personis, quæ vicesimum quintum annum non attingunt, conferant; vel eas ad huiusmodi ecclesias repræsented, vel repræsentedatum talem admittant, vel instituant in eisdem. Si contra factum fuerit, premantur pœna illius Canonis, Licet Canon. lib. 6.

XII.

Ecclesiarum quoque patronos, seu illos, qui noscuntur in ecclesiis aliquibus ius patronatus habere, præsentati sanctione monemus, vt vacantibus ecclesiis de iure, & de facto, in quibus ius patronatus obtinent, personam idoneam & ætatis legitimæ diocæsanis, seu illis, ad quos institutio in ipsis